MARTYROLOGIUM ROMANUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, 16. Jh.

Seite 74r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35047
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Junius

145

passio sanctarum virginum · cyriae · valeriae · et marciae; quae per multa tormenta gaudentes ad martyrium pervenerunt · Tyri sancti dorothei episcopi; qui sub diocletiano multa passus; et usque ad iulianum tempora superstes: sub eo annum agens septimum supra centesimum: venerandaque senectam martyrio honestavit · Nonas die: sancti bonifacii episcopi magutinensis; qui de anglia romam veniens; et a gregorio secundo in germaniam missus; ut fide christi illis gentibus evangelizaret; cum maxima multitudine; praesertim frisonum; christianae religioni subjugasset: germanorum apostolus meruit appellari: novissime in frisia a furentibus gentilibus gladio perempto: martyrium consummavit · cum eobano et quibusdam aliis servis dei · Nonis eiusdem in hispania beati sancti adolescentis; qui etsi in aula regia educatus: pro christi tamen fide in persecutione arabica martyrium libere non dubitavit ...

Octo